

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Desperacio a
cum fonte primo

Latro agnouit; Petrus negauit.

In Petro demonstratur quemquam iustum non de se debere presumere,
in latrone nullum impium conuersum debere diffidere.
Timeat ergo bonus ne pereat per superbiam,
et malus non desperet per multam maliciam.

Augustinus in libro de simbolo.

Tunc latro confitebatur, quando Petrus turbabatur;
tunc iste agnouit, quando ille negauit.

Sed numquid quia Dominus acquisiuit latronem,
Petrum perdidit negatorem? Absit, absit.

Agebat mysterium qui fundebat pretium,

in Petro demonstrans non in se quemquam iustum debere praesumere;
in latrone, nullum impium conuersum posse perire.

Timeat bonus, ne pereat per superbiam:
non desperet malus de multa malitia.

Quoduultdeus, *De symbolo*, 1.6.17-19
(CCSL 60, R. Braun ed., p.322, ll.66-74).